

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3306

Auteur(s) : Philippe II Auguste, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1202

Lieu d'émission : Lyons-la-Forêt

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [II], roi de France, confirme aux moines de Mortemer tout ce qu'ils possèdent d'après les donations des rois d'Angleterre et leur concède sept charuées de terre dans la forêt de Lyons et tout ce qu'ils possèdent d'après les autres donations ou les achats.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 64, p. 13.
- b. Brunel Clovis, Delaborde Henri-François, Monicat Jacques, Petit-Dutaillis Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 2, années du règne XVI à XXVII (1er novembre 1194-31 octobre 1206), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 6), 1943, n° 719, p. 287-289.

Dissertation critique

« 1202, 14 avril-1202, 31 octobre » : datation proposée par BRUNEL/DELABORDE et al., *Recueil des actes de Philippe Auguste*, t. 2, p. 287.

Texte établi d'après a

In nomine Sancte et individue Trinitatis, Amen. Philippus, Dei gratia, Francorum Rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos abbatie et monachis Mortui maris, pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum, confirmamus quecumque ex donatione Regum Anglie possident, videlicet totam vallem Mortui maris usque ad terras de Lisorz et granchias et terras in landa de Belfuissel, et apud Bosquentin, omnes terras istas ad libitum suum excolendas. Concessimus etiam eis septem carucatas terre, unamquamque scilicet carucatam sexaginta acrarum ad perticam regiam que est pro mesurandis essartis de Lyons. Has autem septem carucatas terre concessimus eis in foresta de Lyons, scilicet supra Nogionem siccum et supra Pucheum (al. Puceium) et quamdam partem juxta culturas granchie sue de Bosquentin (al. Boscantin). Preterea concessimus eis ad luminaria ecclesie omnia vasa apum quecumque fratres eorum invenire poterunt per totam forestam de Lions, pasturas etiam suas et pasnagia et omnia aisiamenta sua in omnibus sibi necessariis, tam edificiis agendis quam ceteris actionibus suis, per totam eandem forestam libere et quiete imperpetuum. Preterea concessimus eis et confirmamus quecumque ex aliorum justa possident donatione vel emptione, granchias scilicet suas, Rollum, Bremuliam, Mesangeriam, Pomereiam, Montem Rosti, grangiam de Hunval, cum omnibus pertinentiis earum, domos suas in valle de Portmort

et vineas in eadem valle et apud Vernonem mansuram unam et vineas, sicut carte donatorum vel venditorum testantur. Concessimus etiam eis ut ipsi, in toto posse nostro, tam per terram quam per aquam, tam per Vernonem quam per alia loca, ea que ad proprios usus emerint vel deportaverint, sine faciendo mercaturas, vel quecunque etiam vendiderint vel deportari fecerint, sine faciendo mercaturas, sicut diximus, absque pedagio et omni alia consuetudine possint deportare, insuper etiam vina sua, que in propriis vineis eorum creverint, ad faciendum voluntatem suam. Prohibemus etiam quod ipsi non implacentur de ullo teneamento suo in potestate nostra nisi coram nobis vel coram capitali justitia nostra. Volumus etiam et precipimus, super forisfacturam nostram, ne quis super hiis aut super ulla re, que a nobis vel ab aliis eis collata fuerit aut concessa, eos inquietare vel aliquam molestiam interre presumat. Quod ut perpetuum robur obtineat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato confirmamus.

Actum apud Sanctum Dyonisium in Lyons, anno incarnati Verbi M. CC. II^o, regni vero nostri XXIII^o, astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa : Dapifero nullo ; Signum Guidonis Buticularii ; Signum Mathei camerarii ; Signum Droconis Constabularii.